


PROCESSIO IN FESTO IMMACULATÆ CONCEPTIONIS BMV

AD ECCLESiarUM
CHORALEM GERMANICUM
ADHIBENTIUM USUM



Processio
juxta Ritum sacrosanctæ Romanæ
Ecclesiæ

Gerolitus Ammosaulicus
edidit

Bonnæ ad Rhenum - MMII - Ædibus Bardorum

Processio in Festo immaculatæ Conceptionis BMV

Ante Processionem dum Celebrans ascendit in Chorum.

Cantor; KA 46 r.

Antiphona



y
- Brahæ fit promís- si- o * quod il-lí- us
sucéssi- o ve-lit a- réna crésce- re stellisque
æquá- lis fí- e-ret. ⁊ E- ru-ctávit cor me- um verbum bo-
num: * di- co e- go ópe- ra me- a Re- gi. E U O U A E

Interdum distribuuntur Candela.

Cantor; KA 48 r.

Ant.

a



Æc est il-la stella ma- ris, * per quam ful-sit lux so-
lá-ri, cujus festum ce-lebrámus et ju- vámen implo-rámus.
Magní- fi-cat * ánima me- a Dóminum.

Et exsultávit **spíritus meus**
* in Deo, salutári **meo**.

Quia respéxit humilitátem
ancíllæ suæ: * ecce enim, ex

hoc beátam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi **magna** qui
potens est: * et sanctum *no-*

men ejus.

Et misericórdia ejus a progénie **in** progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.


Suscépit Israël, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.


✠ Procedámus in pace. ✠ In nómine Christi. Amen.

Deinde a schola cantatur et ab omnibus prosequitur.

Hymn.



Benedícta fœmina, * Quam coeli laudant ágmina,



Te confitémur hódie - e Concéptam si-ne crímine.

2. Sicut soláris rádius
Curruptiónis néscius
Intrásti matris víscera,
O gloriósa dómina.

3. Nullum redémit filius
Ex omni gente dígnius,
Qui te servávit próvide
Mundam patérno scélere.

4. Exsúltet cœli cóncio
Maríæ dulci filio
Nosque lætémur hódie
Conceptiône dóminia.

5. María, mundi glória,
Lucis ætérnæ filia.
Te præsentávit filius
Ab omni labe pénitus.

6. Originális mácula
Cuncta respérsit sácula,
Jam ante natum vítiis
Numquam contácta díceris.

7. María, mater grátia,
Exemplar innocéntia,
Te deprecámur íntime,
Nos a peccáto prótege.

8. Magnum Dei consilium
Per incarnandum filium
Providit nobis miseris
Nos redimens ab inferis.

9. In plausu grati caminis
Adsit nova lætitia,
Dum Dei matris virginis
Sacra dantur inïtia.

10. Cujus serpentis callidi
Pede caput conteritur,
Fastus gigantis perfidi
David funda devicitur.

11. Columba mitis, humilis,
Quæ felle caret criminis,
Signum Dei clementiæ
Rarum virentis gratiæ.

12. Puteus clausus lapide
Prodit salutis ostium,
Quo sitis laspis fervidæ
Restrîngitur incendiûm.

13. Fructus sacratæ virginis,
Jesu dulcedo gratiæ,
In nostræ vitæ terminis
Nos reddat luci gloriæ.

Dum Processio intrat Ecclesiam.

Cantor; KA 46 r.

Resp.

Ulget di- es * hodi- ér- na digna laude sempi- tér-
na, † qua concépta est Ma- rí- a, per quam patet vi-
tæ vi- a. ✽ Gérmine re-gá-li nec non est ponti-fi- cá-le.

† Qua. ✽ Glóri- a Patri, et Fí-li- o, et Spirí- tu-i Sancto. † Qua

Deinde incipit Missa ut in Missali et Graduali notatur. Ad Glória cantantur Tropi Spiritus et alme orphanórum Paráclite, ut in Kyriali.